

1573

31 agosto

TRASCRIZIONE DELLA TRANSAZIONE
PER LA DEFINIZIONE E DESCRIZIONE
DEI

CONFINI DEI TERRITORI

DELLE UNIVERSITÀ DI

POSTA E BORBONA

DA PARTE DI

MARGHERITA D'AUSTRIA

2000

a cura di Roberto Mancini

(dalla copia della trascrizione degli "Alligati"
consegnata al Tribunale dell'Aquila nel 1899 e anni successivi
conservata nell'Archivio Storico del comune di Posta)

31 Agosto 1573

ARCHIVIO NOTARILE DI TREVÌ

COPIA AUTENTICA

TRANSACTIO

Die ultima mensis Augusti 1573.

Actum in civitate Aquilae et proprie in aedibus Episcopalibus ejusdem civitatis situs juxta Cattedralem Ecclesiam Sancti Maximi et alios fines. Coram Egregio Notario Scipione Alexandrino de terra Amatricis Regia Auctoritate iudice ad contractus ad vitam, me Persio Salvio de Montesanto publico Regia auctoritate Notario et his testibus excellenti¹ Domino Iulio Turre de Neapoli, excellenti Domino Nutio Sytigatti de Florentia, magnifico Domino Ugo Donrino Burzelleri provincia Brabantiae, et magnifico Domino Oratio Cassio de Florentia ad suprascripta habitis vocatis. Nos qui supra notum facimus quod in quorum supra Iudicis Notarii et testium praesentia hodie ac praesenti suprascripta die coram Serenissima Madama Madama Margarita ab Austria et excellenti I. V. Dot. Domino Innultio Qualterio de Urbi Veteri subgenerali Auditore. Personaliter constituti Excellens Dominus Alonsus Cornesius Hispanus medicus I. V. doctor Dominus Ioannes Franciscus de Nobilibus de Civitate Ducali et probus Vir Antonellus Leonardi de terra Apostae Sindici et procuratores Universitatis et hominum terrae praefatae et prout de eorum sindicatus et procurationis mandato constare vidimus ex publico Instrumento exinde confecto sub manu et rogatione egregii. Notarii Vespasiani Aristae de Castro Sancti Demetrii olim de Civitate Aquile Notarii publici inde rogati cuius tenor et continentia de verbo ad verbum talis est videlicet.

In Dei nomine Amen. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio mensis Augusti, die vero nona mensis ejusdem primae indicationis. Actum in terra Apostae Provinciae Aprutii Ulterioris et proprie in Palatio residentie magnificorum Priorum dictae Terrae et in aula superiore dicti Palatii siti intus terram Apostae juxta vias publicas a duobus rem Sancti Francisci et alios fines; Regnante Serenissimo et Catholicico Rege et Domino nostro Domino Philippo ab Austria, Dei gratia, Rege Castellae Aragonum ulteriusque, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae Croatiaeque hujus vero sui regni Siciliae anno ejus decimo nono feliciter Amen. Nos Titius Picciolus de terra Apostae Regius ad contractus Iudex per totas provincias Aprutii, Vespasianus Arista de Castro Sancti Demetrii publicus ubique per dictas totas Aprutinas provincias Regia auctoritate Notarius et subscripti testes habiti, ad haec omnia habiti vocati et rogati.

Venerabilis Pater frater Franciscus Moretti de Burghetto, Venerabilis Pater Franciscus Antoninus Sebastiani de Arrone et Leonardus Albus de Aquila. Praesenti scripto publico declaramus notum facimus et testamur quod in quorum supra Iudicis Notarii et testium praesentia publico et generali consilio de uno nomine de quolibet foculari terrae Apostae, Provinciae Aprutii ulterioris de commissione et ordinatione magnificorum Priorum ejusdem terrae heri pro hodie per Ioannem Vincentium Gueneri et Ioannem Iacobum Petri Augustini publicos bajulos eju-

¹ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "excellent"*

sdem terrae, ut retulerunt, more solite citato monito et requisito, hodieque ad sonum campanae in aula magna palatii popularis ibi congregari et coadunari solet, pro tractandis et deliberandis publicis negociis ejusdem terrae in numero valido sufficiente congregati et solemniter cohadunati in quo quidem concilio personaliter et praesentialiter interfuerunt infrascripti magnificii Priores. Marcus Antonii Marci, Ioannes Paulus Rosatae, Ioannes Febri Cassiae et Paulus Rosine, nec non infrascripti probi consiliarii Bernardinus Gregori, Faustinus Gregori, Valentinus Santerelli, Salustinus Cherubini, Ioannes Caesar Floravantis, Vitangelus Cocoruo- ni, Nobilius Costulini, Fabritius Buzzanni, Paschalis Fossi, Ioannes Stefanus Marci Angeli, Leombronus Pruti, Bernardinus Pirutii, Bernardinangelus Pauli, Confilius Ioannis, Ioannis Dominicus Droyani, Antonius Mascinelli, Ioannes Carutiis, Ioannes Antonius Palmerii, Blatius Caseris, Bartholomeus Ialbarci, Ioannes Amici, Bernardinus Petracchae, Marcus Ioannis Chistophori, Dominicus de Cerqua, Philippus Petri Iacobi, Ioannes Prosperus Sancti, Caesarius Natalutii, Gregorius Sciuntii, Sebastianus Nicolai, Marianus Rosatae, Tiberius Trinchenda, Paulus Dominici, Ioannes Baptista, Ioannis Laurentii, Ioannes Matheus Dominici, Thaddeus Augustini, Tiberius Ioannis Dominici, Bernardinus Cococcioni, Augustinus Antonelli, Leonardus Ioannis Manni, Alphorabius Rubei, Caesar Bernardini, Marinus Mozzetti, Lantius de Cerqua, Simon Iulii, Antonius Martini, Gaspar Vaentistae, Antonius Iannini, Paschalis Caterini, Dominicus Chiodini, Aulemis Flippoliti, Ioannes Dominicus Marconi, Paulus Nicolai, Ioannes Marinus Salvatori, Feliciangelus Sciunzi, Philippus Marchiorum, Daniel Micari, Ioannes Petrus Tomei, Ioannes Franciscus Tutti, Ioannes Baptista Bernabei, Ioannes Bernardinus Magni, Bernardinus Marini, Ioannes Attili, Dominicus Thomae, Pompeus Thomassi, Silvester Marconi, Goliaris Catalani, Franciscus Venanti, Victorius Ferdinandi, Reales Narcisi, Andreas Romanelli, Fabianus Cherubini, Caesarius Galanti, Iosephus Camilli, Antonius Polerse, Ioannes Felix Fabiani, Christophorus Rosatae, Ioannes Iacobus Rubei, Ioannes Petrus Marchettae, Matheus Cartaccii, Ioannes Marinus Malatesta, Bernardinus Iulii, Thomas Marini, Ioannes Franciscus Bernardi, Ioannes Caesar Porfiri, Paschalis Vincentii, Felicianus Perutii, Mutius Ioannes Mannis, Ioannes Petrus Iuliani, Mannus Speransae, Dominicus Carutii, Franciscus Buffoni, Ioannes Mathaeus Sebastiani, Leonardus Paschalis, Porfirius Ioannis, Antonius Francisci, Fratonus Bellezza, Philippus de Cerqua, Oratius Cococcioni, Ioannes Cristoforus Bellezza, Ioannes Aloysius Bernardini, Io: Bernardinus Confortini, Quintilianus Montii, Marsilius Ioannis, Io: Bernardinus Blaxii, Nardus Fossi, Gratianus Baltassari, Renzus Pauli, Io: Bernardinus Amici, Io: Ventura Laureti, Fabius de Cerqua, Io: Boetius Magistri Ioannis, Paschalis Oliverii, Anzuinus Confaloni, Pomponius Catalani, Troyanus Bandetti, Bartholomeus Io: Georgei, Lactantius Buzzarrini, Fabrianus Catalani, Piermarinus de Arqua, Pierjoannes Caesari Io: Franciscus Iuliani, Antonius Thomae, Ioannes Prosperi, Marius Sebastiani, Benedictus Miani, Petrus Paulus Marchetti, Contes Paulutii, Marcus Tullius Natalutii, Aurelius Lucidus, Ioannes Mariae, Napolionius Rosinae, Lapronius Mei, Iacobus Anselmi, Antonellus Rosinae, Io: Marinus Scarponi, Marcus Tullius Troyani, Ciprianus Confaloni, Hieronimus Desiderii, Simon Iacobi, Io: Baptista Io: Dominici, Romolus Dominici, Vespasianus Amici, Seraphinus Rosinae, Paschalis Buzzenni, Marsilius Petrutii, Bernardinus Bartholomei, Gabriel de Cerqua, Bastianus Sancti, Io. Benedictus Cosmi, Bernardinus Baptistae, Io. Bernardinus Speranzae,

Augustinus. Petri Pauli, Cimon Caruti, Io. Franciscus Fratoddus, Io. Baptista Valentini, Io. Thomas Bartoli, Maximus Confaloni², Io. Erasmus Salvati, Marsilius Iordani, Carutus Cococcioni, Aquilantes Cervati, Laurentius Fraluzii, Bernardinus Salabrenti, Alphonsius Palviris, Ioannes Moriconi, Sanctes Nicolai, Dominicus Camponischus³, Marinus Gregorii, Cyprianus Fratoddus, Io. Bernardinus Thomae, Orpheus Felicius, omnes de terra Apostae, qui sunt et faciunt majorem et saniozem partem dicti concilii et totam Universitatem dictae terrae Apostae raepresentant, unanimiter et concorditer et nemine ipsorum discrepante, cum praesentia et auctoritate Magnifici Io. Baptistae Putii de Civita Ducali capitanei dictae terrae Apostae praesenti ad omnia et singula infrascripta ejus consensu et auctoritate praestantis interponentis, sponte omnibusque melioribus modo jure causa et forma quibus melius, validius et efficacius de jure fieri potuit et potest et eisdem licuit et licet, fecerunt constituerunt creaverunt ac solemniter et legitime deputaverunt et ordinarunt eorum et Universitatis terrae praefatae Sindicos et procuratores factores negociorumque inscriptorumque gestores ac certos et indubitatos nuncios speciales et generales ita tamen specialitati generalitati non deroget nec e contra Magnificos Io: Franciscum de Nobilibus de civita Ducali, Io: Bernardinum Hieronimi et Antonellum Leonardi de Aposta ibidem praesentes et onus praesentis Sindacatus procurationis mandati in se sponte suscipientes, nec non excellentem D.num Alonsum Cornesium Hispanum hic absentem tamquam praesentem et quemlibet ipsorum in solidum conjunctim divisim et de per se, ita tamen quod non sit melior conditio primita occupantis nec deterior subsequenter sed quod unus ipsorum in ceperit alter medeare terminare prosequi finire valeat cum effectu.

Specialiter et expresse ad ipsorum constituentium et dictae Universitatis nominibus et pro eis transigendum, paciscendum communendum et concordandum ex medio et translato Serenissimae Madamae Margaritae ab Austria et utilis Dominae terrae praefatae seu suorum Ministrorum ab eadem ac id hactenus deputare seu in futurum deputandorum super litibus controversiis differentiis et quaestionibus vertentibus et quae jam diu versae sunt inter dictam Universitatem terrae Apostae pro parte una et Universitatem Castri Burboni ex altera causa et occasione terminationis confinium et territorium inter easdem Universitates jurium et usuum pascuorum dependentium et emergentium ab eisdem annexis et connexis cum eisdem, dictasque lites controversias differentias et quaestiones concordandum et penitus decidendum et terminandum terminos et confines dividentes inter territorium dictarum universitatum declarandum, designandum, et specificandum ac declaratos designatos et specificatos ponendum et erigendum, seu poni et erigi mandandum et subendum modo et forma prout eisdem Sindicis et procuratoribus melius videbitaret placebit; Et cum capitulis modis pactis et conventionibus ac conditionibus eorundem et sindicorum et procuratorum arbitrio apponendis et compilandis ac ineundis, etiam cum promissione de habendo ratam gratam et firmam omnium transactionum concordiam conventiones capitulationem et terminorum declarationem et affixionem desuper faciendam et de ullo umquam tempore non contraveniendo aliquo quaesito colore, sive causa sub poenis arbitrio ipsorum sindicorum et procuratorum imponendis infligendis et constituendis ac moderandis et applicandis et pro majori dictae transactionis concordiae et convictionis, terminorum declarationis et affixionis consentorum in vis robore et validi-

² Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Sonfaloni"

³ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Camponisehus"

tate decretum competentis Iudicis et etiam regium assensum quibus opus fuerit impetrandum. Interponi petendum et super praemissis et expressis quolibet contractus quoslibet per publicos et authenticos Notarios confici et rogati petendum sub opportunis et requisitis juris clausolis obligationibus renuntiationibus et cautelis melius de jure validandis etiam juramento in animas ipsorum constituentium corporatorum praestando firmandis roborandis et validandis et signanter ad omnia et singula alia gerenda facienda procuranda et exercenda quae in praemissis praemissarum quolibet et circa ea necesse fuerint et quolibet opportuna et quae juri sordo, facti qualitas loci consuetudo et merita causae seu causarum hujusmodi exigunt postulant et nequirunt, et quae ipsimet constituentes facere genere et procurare possent si praesentes essent, et personaliter interessent, etiam si talia forent, quae mandatum exigent magis speciale vel generale quibus. praesentibus sit expressum, dantes et concedentes dicti constituentes dictis eorum constitutis procuratoribus in praemissis exequendis plenum amplum liberum validum speciale vel generale mandatum cum plena ampla libera valida speciali et generali administratione, promittentes insuper habere ratum gratum et firmum omne id totum et quicquid fuerit super praemissis praemissorum quolibet et circa ea per dictos eorum Syndicos et procuratores actum factum gestum procuratum et quolibet negociatum, et contra minime facere dicere vel venire aliqua ratione causa vel ingenio de jure vel de facto sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum ipsorum constituentium et dictae Universitatis. Relevantes nihilominus et relevare volentes dictos eorum Syndicos et procuratores ab omni satisfactionis onere promiserunt de iudicio sisti et iudicatum solvendo et pro eis in omnem casum eventum futuri iudicii fidejusserunt mihi Notario supradicto et infrascripto uti publicae personae ratione mei officii vice et nomine omnium et singulorum quorum etiam interest intererit aut interesse poterit quolibet in futurum praesenti intervenienti ac legitime stipulanti et recipienti, et ad majorem cautelam et firmitatem omnium singulorum praemissorum juraverunt et jurando scripturis corporaliter manibus tactis promiserunt praedicta omnia et singula in iudicio et extra iudicia semper et omni tempore confiteri fuisses et esse vera virtute dicti per eos praestanti juramenti, super quibus omnibus et singulis petierunt a me publico Notario supradicto et infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri atque confici debere Instrumentum et Instrumenta, unde ad futuram rei memoriam certitudinem et cautelam dictorum procuratorum, constitutorum et omnia aliorum interesse praetendentium praesens publicum instrumentum exinde factum est et publicatum per manus mei Vespasiani Notarii publici signo et subscriptione mei, dicti Iudicis ipsorumque testium signis et subscriptionibus roboratum, quod scripsi et publicavi ego qui supra. Vespasianus Notarius praedictus quia praemissis omnibus rogatus interfui ipsumque publicavi, et in hanc publicam formam redegi, meoque solito signo signavi, locus ✕ signi ejusdem Notarii. Ego Titius Picciolus de Aposta qui supra Iudex praedictus interfui me etc. Ego frater Angelus Sebastiani de Arrone qui supratestis interfui me subscripsi, ego Frater Franciscus Moretti de Borghetto⁴ qui supra testis interfui me subscripsi; Et ad majorem cautelam supranominati Sindici et Procuratores quatenus opus sit promiserunt et convenerunt per dictam Universitatem et homines eorumque principales ratificari facere praesens transactionis concordiae et conventionis ac terminationis Instrumentum ac omnia et singula in eodem contenta semper et omni futuro tempore, ex una parte, et Magnifi-

⁴ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Borgetto"*

cus I. V. doctor Dominus Nicolaus Intervenibus de Civitate Aquilae Reverendus Dominus Augustinus Lopez et Ioannes Mathei Mancini de terra Burboni Sindici et Procuratores Universitatis et hominum terrae praefatae Burboni et prout de eorum sindicatus et procurationis mandato constare vidimus ex publico Istrumento exinde confecto sub manu et rogatione Egregii notarii Adantio Gregorii de dicta terra Burboni Notarii publici inde rogati, cujus tenor et continentia talis est, videlicet:

In Dei nomine Amen. Anno a nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo tertio prima indictione die vero nono mensis Augusti ejusdem anni.

Regnante Serenissimo Domino nostro Domino Philippo ab Austria Dei gratia Rege Castellae Aragonum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungheriae, Dalmatiae, Croatiaeque.

Actum in terra Burboni et proprie in Ecclesia Sanctae Crucis juxta bona Nicolai Lazzari, Ioannes Dominicus Lucae ab uno, et ratam a duobus publicam, plateam ante et alia. Nos Magnus et egregius Vir Notarius Scipio Alexandrinus de terra Amatricis regius ad vitam Iudex ad contractus, Dantes Gregorii terrae Burboni publicus ac Regia et Imperiali auctoritate Notarius et hi testes Magnus Ioseph Aridus, Magnus Hyeronimus Casteglionus de Aquila Anneus Matthaei, Ioannis Grandis de Fallirone ab infrascripta omnia et singula habiti vocati specialiterque rogati. Praesenti scripto publico declaramus notum facimus et testamur quod coram nobis Iudice, Notario et testibus antedictis Publico generali concilio de uno homine de quolibet focalia terrae burboni provinciae Aprutii ulterioris, de commissione et ordinatione aegregiorum virorum Camerarii et Massanorum ejusdem terrae, heri pro hodie Io. Dominae Lucae publicum bajulum ejusdem terrae ut retulit more solito citato monito et requisito, hodieque ad sonum campanae in praedicta Ecclesia Sanctae Crucis ejusdem terrae ubi solet congregari pro tractandis et deliberandis publicis negociis, in numero valido et sufficienti congregati et solemniter cohadunati, in quo quidem concilio interfuerunt infrascripti Egregii Camerarii et Massarii.

Thomas Tiberii Camerarius et Hercules Mastrellae, Pandontius Romani, et Io. Dominicus Liberati Massarii, nec non infrascripti probi conciliarii. - Lixus filius Io. Baptistae, Petrus Stantini, Porfirius Liberato Baptista Stantini, Annibal Stantini, Antonius Rosae, Iacobus Lalli, Antonius Prosperi, Io. Dominicus Forti, Gabriel Blaxii, Iulius Antorius Crucci, Iustinus Cortesii, Ioannes Petrus Composti, Thomas Prosciae, Philippus Forti, Dominicus Petripauli, Apollonius Parmerii, Iulius Amici, Ascentius Blaxii, Carolus Togli, Autitius Paulini, Ioannes Acquista Dominici, Ioannes Tosconi, Robertus Patri, Thimoteus Venditti, Nicolaus Lazzari, Dominicus Colae, Bartholomeus Benedettae, Costantius Costantini, Vincentius Amici, Paulus Blaxi, Antonellus Lazari, Iacobus Angelus Mancini, Piccirillius Petriangeli, Franciscus Macaris, Creius Dominici Montis, Sicurius Cartesius, Philippus Salvatori, Martilius Quaglissae, Dominicus de Sancto Marino, Blaxius Sancti, Alexander Domani, Io. Angelus Lazzari, Bernardinus Marcantonis, Santes Nicolae, Andreas Minichelli, Angelantonus Berardini, Carolus Rosae, Marcus Angeli, Io. Bernardinus Colae, Tramittus Paulini, Ciccus Baptistae, Paris Macchiola, Alexander Colae, Ioannes Micorri, Io. Laurentius Ruci, Camillus Rosae, Io. Angelus Cecchae, Organtius Mastrellae, Io. Laurentius Laureti, Ioannes Bartholi, Caesar Palmeri, Bernardinus Pasqualutii, Virgilius Mancini, Io. Dominicus Altobelli, Honorius Pontilli, Iacobus Bernardini Blaxii, Christophorus Riavelli, Ioannis Nanni,

Salvator Bonanni, Mauritius Lazzari, Amicus Battistelli, Iustinus Scardini, Petrus Cortesino, Marcantonius Mancini, Io. Bernardinus Berardini, Cricus Arcangeli, Marianus Pasqualutii, Sperandus Mancini, Io. Franciscus Mastrellae, Io. Pasqualis Gentilutius, Abundantius Mancini, Leonardus Quagliae, Gregorius Cruciani, Tullius Blaxii, Io Franciscus Sebastiani, Caesar Valentini, Io. Bernardinus Pasqualoni, Angelus Manni Lurentius Bartoli, Gentiles Antonelli, Alexander Bartholi, Ascentius Io. Baptistae, Io. Dominicus Marinutii, Bernardinus Gratiani, Io. Angelus Preluri, Io. Dominicus Berardini, Ioannes Mastrellae, Cyprianus Sanctis, Germanus Sancti Marini, Iacobus Andreae Iacobus Avente, Dominicus Froschia, Andreas Petri Pauli, Tullius Colae, Hercules Cruciani, Novellus Lucae, Alexander Lalli, Lucianus Andrielli, Polidonus Georii, Permaulus Blaxii, Amelius Grechi, Ioannes Desiderii, Philippus Marinutii, Donatus Bartholomei, Poccus Tyberii, Pasqualis Floschia, Lucianus Troyani, Lauretus Dominicae, Virgilius Iacobi, Semplicius Cruciani, Damianus Franchetti, Marcantonius Paulilli, Magister Ioannes Iorii, Ioannes Dominicus Antonii, Fabius Iulii Caesar Fabritii, Hieronimus Blaxii, Ioannes Sanctes Riacei, Ioannes Dominicus Crucii, Ioannes Christophorus Cortesino, Paulus Micorri, Ioannes Thomas Francisci, Ioannes Dominicus Chencheli, Ascanius Sebastiani, Dominicus Vitellae, Berardus Petri Pauli, Crappa Frabritin, Bernardinus Ioannis Tamellae, Marianus Sanctilli, Antonangelus Stephani, Palmerius Laureti, Varimettus Cristofari, Marcus Cartesius qui sunt et faciunt majorem et sanioerem partem dicti concilii et dictam Universitatem dictae terrae Burboni representant, unanimiter et concorditer et nemine ipsorum discrepante cum praesentia et auctoritate Magnifici Ioseppi Rosantii de Civitate Aquilae Capitanei terrae praefatae praesentis et ad omnia et singula infrascripta ejus consensum et auctoritatem praestantis et interponentis, sponte omnibusque melioribus modo via jure causa et forma quibus melius validius et efficacius de jure fieri potuit et potest et eisdem licuit et licet, fecerunt constituerunt creaverunt ac solenniter et legitime deputaverunt et ordinauerunt eorum et Universitatis praefatae terrae Syndicos et procuratores actores factores negotiorumque inuitorum gestores ac certos indubitatos nuncios specialiter et generaliter, ita tamen quod specialitas generalitati non derogat nec e contra Magnificos discretos viros videlicet Magnificum Dominum Nicolaum Internerim de Aquila I. V. Doctorem praesentem et onus praesentis sindicatus procurationis mandati in se sponte suscipientem, nec non Magnificum Dominum Augustinum Lopez I. V. Doctorem et Archipresbiterum dictae terrae Burboni et Ioannem Mancini de Burboni absentes tamquam praesentes et quemlibet ipsorum in solidum conjunctim divisim et de per se ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequens sed quod unus ipsorum incoeperit alter medeare terminare prosequi et finire valeat cum effectu.

Specialiter et expresse ad ipsorum constituentium et dictae Universitatis nominibus et pro eis, transigendum paciscedum convenendum et concordandum ex medio et translato Serenissimae Madamae Madame Margaritae ab Austria utilis Dominae dictae terrae seu suorum ministrorum ab eadem ad id hactenus deputatorum seu in futurum deputandorum, super litibus controvertiis differentiis et quaestionibus vertentibus et quae jam diu versae sunt inter dictam Universitatem terrae Burboni, ex parte una et universitatem terrae Apostae ex altera, causa et occasione terminationis confinium et territorii inter easdem Universitates jurium et usuum pasculorum dependentium et emergentium ab eisdem et annexorum et connexorum cum eisdem, dictasque lites controversias et differentias et quaestiones concordandum et penitus decidendum et terminandum terminos et confines dividentes

inter territoria dictarum Universitatum declarandum designandum et specificandum, ac declaratos designatos et specificatos ponendum et erigendum, seu poni et erigi mandandum et jubendum modo et forma eisdem Sindicis et procuratoribus melius videbitur et placebit; cum capitulis modis pactis et conventionibus ac conditionibus eorumdem sindicorum et procuratorum arbitrio apponendis et compilandis ac ineundis, etiam cum promissione de habendo ratam gratam et firmam omnem transactionem concordiam conventionem capitulationem et terminorum declarationem et affixionem desuper faciendam et de ullo umquam tempore non contraveniendo aliquo quaesito colore sive causa sub poenis arbitrio ipsorum Sindicorum et procuratorum imponendis infligendis et constituendis ac moderandis et applicandis; et pro majori dictae transactionis concordiae et conventionis terminorum declarationis et affixionis et omnium contentorum in vis robore et validitate decretum competentis Iudicis et etiam Regium assensum quibus opus fuerit desuper impetrandum et interponi petendum, et super praemissis et praemissorum quolibet contractus quoslibet per publicos aut authenticos Notarios confici et rogari petendum sub opportunis et requisitis iuris clausolis obligationibus renuntiationibus et cautelis melius de jure validis etiam juramento in animas ipsorum Constituentium corporaliter praestando ad omnia et singula alia gerendum faciendum et procurandum et exponendum quae in praemissis et praemissorum quolibet et circa ea necessaria fuerint et quolibet opportuna et quae juris ordo facti qualitas loci consuetudo et merita causae seu causarum hujusmodi exigunt postulant et requirunt, et quae ipsimet constituentes facere gerere et procurare possent si praesentes essent et personaliter interessent etiamsi talia forent, quae mandatum exigent magis speciale vel generale, quod praesentibus sit expressum, Dantes et concedentes dicti constituentes dictis eorum constitutis procuratoribus in praemissis exequentis plenum amplum liberum validum speciale et generale mandatum cum plena ampla libera valida speciali et generali administratione; promittentes insuper habere ratum gratum et firmum omne id totum quodcumque fuerit super praemissis et praemissorum quolibet et circa ea per dictos eorum syndicos et procuratores actum factum gestum procuratum et quodlibet negociatum et contra minime facere dicere vel venire aliqua ratione causa vel ingenio de jure vel de facto sub hypoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum ipsorum constituentium et dictae Universitatis Revelantes nihilominus et relevare volentes dictos eorum syndicos et procuratores ab omni satisfactionis onere promiserunt de iudicio sisti et iudicatum solvendo et pro eis in omnem casum eventum futuri iudicii fidejusserunt et mihi Notario sopradicto et infrascripto uti publicae persone ratione mei officii vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit quolibet in futurum praesenti intervenienti ac legitime stipulanti et recipienti et ad majorem cautelam et firmitatem omnium et singulorum praemissorum juraverunt et jurando scripturis corporaliter manibus tactis promiserunt per dicta omnia et singula in iudicio et extra iudicio semper et omni tempore confiteri fuisse et esse vera virtute dicti per eos praestati juramenti. Super quibus omnibus et singulis petierunt a me publico Notario supra et infrascripta unum vel plura publicam seu publica fieri atque confici debere Instrumentum et Instrumenta, unde ad futuram rei memoriam factum est exinde hoc praesens publicum Instrumentum per manus mei Notarii Dantis Gregorii supradicti qui praedictis omnibus interfui rogatus rogatus et requisitus scribere scripsi publicavi ac solito et consueto signo meo quo in similibus utur, signavi et apposui subscriptionibus supradictos Iudices et testium roboratis. Locus ✠ signi publici Notarii, ego Scipio Alexandrinus qui supra iudex me

praesentem Ioannes Hieronimu Castiglioni fui praesente ut supra, et ad majorem cautelam praenominati Sindici et Procuratores promiserunt et convenerunt per dictam Universitatem et homines ipsius eorum principales, quibus opus sit ratificari facere praesens transactionis concordiae et conventionis et terminationis. Instrumentum omniaque et singula in eodem contenta semper et omni futuro tempore, ex altera parte.

Sponte praenominatae partes asseruerunt jam diu inter easdem viguisse et de praesenti vigere litem controversiam differentiam et quaestionem causa et occasione terminationis finium et terminorum inter easdem Universitates, jurium pascendi et lignandi cum aliis dependentiis emergentibus annexis et connecsis suis et licet fuerint super eisdem lite controversia differentia et quaestione prolata diversa arbitratorum lauda et arbitramento et factae earumdem donationes et redonationes ac dictorum finium et territorium terminationes variis et diversis temporibus videlicet de anno millesimo quatringsesimo⁵ nonagesimo quarto, die vero vigesima octava mensis Aprilis anni ejusdem prolatum quoddam laudum per Magnificos Dominos de Camera Civitatis Aquilae uti arbitros et arbitratore electos a praenominatis partibus sub manu et rogatione q. Egregii Notarii Caesarii Rubii de Aquila.

Item de anno millesimo quingentesimo vigesimo primo die vigesima quinta mensis Aprilis anni ejusdem quaedam concordia et conventio sub manu et rogatione q. Domini Berardini Grossi de Aquila. Item de anno praedicto millesimo quingentesimo vigesimo primo die nona mensis Octobris anni ejusdem quaedam donatio facta per Syndicos utriusque Universitatis de locis dictarum liti controversiae differentiae et quaestiones Magnificis Dominis de Camera dictae Civitatis Aquilae sub manu et rogatione dicti quondam Notarii Berardini Grossi; item de anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio die nona mensis Ianuarii ejusdem anni redonatio et reconcessio facta de dictis locis liti differentiae controversiae et quaestione desuper donatis, per quemdam Dominum Iacobus Poragranum unum ex Dominis quinque Civitatis Aquilae, Universitati et hominibus terrae Apostae praefatae sub rogatione dicti quondam Egregii Notarii Bernardini Grossi; Item de anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto sub die vigesima quarta mensis Augusti ejusdem anni, prolatum laudum per homines et arbitros abutraque partibus electos super terminatione dictorum confinium et territorii sub manu et rogatione Egregii Notarii Ioannis Bernardini Rosaei de terra Amatricis Notarii publici inde rogati quorum laudorum donationum redonationum concordiae et conventionis praenominatorum et praenominatarum publico Instrumento fuerunt realiter et cum effectu exhibita per universitatem et pro parte Universitatis terrae praefatae Apostae, tamquam in ejus favorem facientia et ad ostendendum de ejus bono jure et in tractatu concordiae bene visa et considerata, et illis nec illorum alieni per Universitatem terrae praefatae Burboni fuit assertum, ipsam Universitatem et homines ipsius acquiesisse et consentisse, quin immo allegando ex illis fuisse se enormiter laesam et gravatam ac territorium inter ipsas Universitates nullo umquam tempore fuisse divisum terminatum saltem quoad jus pascendi et lignandi illis et contentis in eis semper contradixisse ac etiam de nullitate dixisse, quibus sic stantibus et partibus ipsis minime concordantibus, et ne dum in periculo lites et causas civiliter agendi, sed in periculo et discrimine ad armas scandala et contentiones procedendi existentibus factum est quasi divino Sancti Spiritus afflatu quod utraque Universitas dictarum terrarum jure emptionis sub manu Domini et jurisdictione

⁵ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "quatringsesimo"*

Serenissimae Madamae praefatae devenerit quae certiorata de meritis litis causae controversiae et quaestiones hujusmodi volens ejus subditos et vassallos at litium dispendiis remove ac futuris scandalis obviare et sub Dei pace illos conservare, loca litis causae controversiae et questionis hujusmodi per dictum Excellentem I. V. Doct. Dominum Triunthium Gualterium ejus Generalem Auditorem diligenter inspicere et oculariter recognosci mandavit de juribus praenominatarum partium tam oretenus quam in scriptis informari, ac partes ipsas de pace et concordia persuaderi, quo facto praenominatae partes, praefatique earum Sindici et Procuratores, cupientes justo suae Altissimae desiderio obtemperare et considerantes dubium esse litis eventum cupientes propterea litium confractus tollere ac futuris scandalis iuribus et contentione obviare sumptibus et dispendiis parcere et dictam litem controversiam differentiam et quaestionem amicabiliter terminare ex medio et hactenus praenominatae suae Altitudinis medietate personae dicti excellentis Domini Auditoris, sponte omnibusque melioribus modo via jure causa et forma quibus melius validius et efficacius de jure fieri potuit et potest et eisdem licuit et licet, Devenerunt et deveniunt ad infrascriptam concordiam transactionem conventionem et terminationem futuris temporibus valituras, videlicet. Quod termini fines loca et vocabula dividentes et dividenda territoria easdem Universitates terrae Apostae et Burboni sint et esse debeant censeantur et intelligantur modo prout infra videlicet:

Incipiendo a confinibus Cascinae⁶ utriusque Universitatis et veniendo per directum ad summitatem montanae vulgariter nuncupatae la Montagna della Veteca supra fontem aquae vivae, et exinde a summitate praefatae veniendo et sequendo ad quemdam terminum lapidum affigendum in quadam macchia quae est infra sylvam parum distantem et inferius a summitate alterius montis ibi vicini et sequendo exinde ad finem sylvae et ad quamdam scrimatam et terminum similiter lapideum apponendum ibidem⁷, et descendendo postea per dictam scrimatam seu summitatem ad quosdam lapides nativos vulgariter⁸ nuncupatos Cima delli Peschiatti, ubi similiter affigatur alius terminus lapideus, et exinde a dicto termino respondendo per directum ad quemdam alium terminum lapideum affigendum ut supra in quodam plano vulgariter nuncupato jam, et in pertinentiis le prata de Locolo, et exinde eundo⁹ et sequendo et demum ascendendo et respondendo ad alium terminum lapideum affigendum quasi prope summitatem montis vulgariter nuncupati Monte Poponi, et descendendum postea per quamdam vallem vulgariter nuncupatam Prato Curto usque ad finem et locum dictorum pratorum, et exinde eundo transversando et respondendo ad alium terminum lapideum affigendum in capite Sylvae Tranae, et exinde descendendo sequendo et respondendo ad alium terminum apponendum in loco vulgariter nuncupato il Colle della Macchiola supra fossatum Sancti Nicolai, et exinde descendendo ad alium terminum lapideum affigendum in Valle Macchiloni et prope pratum Publicum, et exinde ascendendo ad alium terminum lapideum affigendum in discrimine quasi prope roccam Macchiloni inferius, et exinde sequendo versus dictam roccam et continuando postea per scrimam et summitatem collium usque ad alium terminum affigendum in loco vulgariter nuncupato la Vedetta, et sequendo postea usque ad locum qui dicitur

⁶ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "cascinae"

⁷ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "ibidem"

⁸ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "vulgariter"

⁹ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "eundo"

Cima della Spinosa, et sequendo postea per directum ad cimam seu summitatem collis Vallisdoniae, et exinde sequendo per directum ad alium terminum affigendum in loco vulgariter nuncupato il Colle sopra la Forcella, et exinde descendendo per quemdam Collicellum deorsum ubi sunt vestigia cujusdam Viae Antiquae usque ad locum vulgariter nuncupatum et dictum La Forcella, et deinde a dicta forcella ascendendo sursum per scrimata seu summitatem prout aqua pendet usque ad locum vulgariter dictum il Colle della Cornellata, et exinde respondendo ad alium terminum apponendum in summitate collis vulgariter nuncupata la Serra delle selve de Autene, et exinde respondendo ad alium terminum apponendum in summitate collis Somatinae¹⁰, et exinde sequendo et respondendo ad Cimam Collis vallis majoris, et exinde sequendo prout aqua pendet per directum collem Vallis majoris ad summitatem collis qui dicitur il colle da Capo la fossa, et sequendo per directum per summitatem praedicti collis de la fossa usque ad summitatem seu scrimata collis vulgariter¹¹ nuncupati il colle dell'Ischio, et exinde a dicto colle dell'Ischio sequendo per directum usque ad locum qui dicitur in Capo della Callarara, et sequendo postea per stratam publicam usque ad locum vulgariter nuncupatum il Pozzo delli Lupi. Et ita quod omnes terrae possessiones silvae nemora prata et domus existentes et exstentia a supra nominatis designatis terminis finibus locis et vocabulis citra versus terram Burboni sint et esse debeant censeantur et intelligantur de territorio dictae terrae Burboni, et existentes, existentia a dictis designatis terminis finibus locis et vocabulis ultra versus terram Apostae sint et esse debeant censeantur et intelligantur de territorio ejusdem terrae Apostae. Salvo tamen jure proprietatum particularium ex uno dictorum locorum¹² possidentium dictas terras possessiones silvas nemora prata et domos in territorio alterius et e contra.

Item convenerunt quod homines dictae terrae Burboni possint eis que liceat absque aliqua contradictione omni futuro tempore pascere cum eorum propriis animalibus et in societatem retentis cujusque generis in Bannita Figini nuncupata, etiam durante tempore venditionis seu locationis facienda per Universitatem terrae Apostae de herbaggio ejusdem Bannitae, scilicet a Kalendis mensis¹³ Martiis usque ad festum Sancti Angeli de mense Septembris, citra tamen inferius designatos terminos et confines versus terram praefatam Burboni, videlicet incipiendo a quadam terra existente infra Spinosam et Vallem Doniam, et respondendo per directum usque ad quamdam viam Antiquam quae est in pede pratorum prope pratum haeredum Antorilli, et exinde sequendo per pedem terrae Titii de picciolo, respondendo ad quemdam cerrum cruce signandum, et ad terminum affigendum in pede dicti cerri, et a dicto cerro per directum sequendo ad Aream Caccianini sita intra collem Castellutiae et Somatinae, et exinde per directum procedendo et eundo ad caput possessionis Palmerii Frosciae, ubi extat quaedam parva fovea, et eundo, per directum in summitate collis illorum de Bolletta, et sequendo exinde per directum in summitate Valli in Vallicella nuncupata de Fratticella et proprie in medio dictae Vallicellae usque ad summitatem ut superius dictum est. Et finito dicto tempore venditionis seu locationis herbaggio dictae tenutae Figini facienda per Universitatem terrae Apostae modo ut supra, possint dicti homines de Burbono etiam infra scripti habitantes in Pedemordenti et eisdem liceat cum dictis eorum animalibus

¹⁰ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "somatinae"*

¹¹ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "volgariter"*

¹² *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "locorur"*

¹³ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "mentiis"*

libere impune et absque aliqua contradictione in tota et integra dicta Bannita Fighini perpetuis futuris temporibus.

Item convenerunt quod hominibus terrae Burboni in pertinentibus habitantibus in Pedemordenti et eorum dessendentibus de cippo perpetuis futuris temporibus pascere cum eorum animalibus propriis aut in societatem retentis cujuscumque generis in tota et integra dicta Bannita Fighini tempore locationis seu venditionis herbagii dictae tenutae facienda per Universitatem praefatam Apostae absque aliqua contradictione, ita tamen quod teneantur solvere pro jure herbagii conductoribus seu emptoribus dictae bannitae si locetur seu vendatur, sin autem Universitati praefatae Apostae, quolibet anno pro tempore dictae venditionis hoc modo, videlicet: pro qualibet bestia minuta granum unum cum dimidio, Pro qualibet bestia aequina grana decem, Pro qualibet bestia vaccina grana septem¹⁴ cum dimidio, Pro qualibet bestia porcina grana duo. Et quod dictum jus pascendi modo praedicto fiat et fieri debeat secundum terminos et prout est solitum fieri per homines de Aposta in dicta Bannita tempore dictae locationis et venditionis. Et si cum aliis animalibus praeter eorum propriis aut in societate retentis in dicta Bannita pascolaverint, incidant in poenam granorum quinque pro qualibet bestia minuta et unius tarini pro qualibet bestia grossa et vice qualibet applicandi Universitati dictae terrae Apostae.

Item convenerunt quod dicti homines Castri Burboni possint et eisdem liceat omni futuro tempore cum dictis eorum animalibus propriis aut in societatem retentis pascere absque aliqua contradictione in Bannita Laculi¹⁵ seu Vallismarae etiam durante tempore venditionis seu locationis¹⁶ ejusdem facienda per Universitatem praefatam Apostae, videlicet a Kalendis mensis Martii usque ad festum Sancti Angeli de mense Septembris, citra tamen infrascriptos designatos confines versus terram praefatam Burboni, videlicet. Incipiendo a quodam stipite Arido existente supra pratum Curtum, et sequendo per directum ad summitatem Montis Poponi, et proprie ad quandam arborem Oppii nuncupatam, intus quamdam lapideam Mace-riem, et exinde descendendo per directum ad quemdam collem existentem a latere possessionis Ioannis Iamellae, et exinde per directum procedendo et sequendo ad quemdam fossatum existentem juxta stratam Vallismarae¹⁷ per terram Virgilio Mancini, et exinde ascendendo ad summitatem Collis veteris, et exinde per directum sequendo et sursum eundo ad terram seu caesam Francisci Magari a latera silvae ibidem contiguae existentem et exinde in summitate dictae silvae seu Cagni prout nuncupator dicta summitas silvae eundo ad locum vulgariter nuncupatum la fossetta delli fiascali relinquendo prata ibidem existentia pro hominibus de Aposta praeterquam quamdam parvam portionem ejusdem prati Faustini de Aposta remanentem pro jure pascendi¹⁸ concesso ut supra dictis hominibus de Burbono dempto tamen prius ex eadem portione prati foeno. Et si cum aliis animalibus praeter cum propriis aut in societate retentis pascolaverint ut supra, incidant in poenam granorum quinque pro qualibet bestia minuta et unius tarini pro qualibet bestia grossa, et qualibet vice apponenda Universitati praefatae Apostae, et finito tempore dictae venditionis et locationis herbagii dictae bannitae Laculi seu Vallismarae ut supra

¹⁴ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "septem"*

¹⁵ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "laculi"*

¹⁶ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "lucationis"*

¹⁷ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Vallis marae"*

¹⁸ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "pascend"*

faciendo per Universitatem Apostae licitum sit dictis de Burbono perpetuis futuris temporibus in eadem bannita tota et integra cum dictis eorum animalibus propriis vel¹⁹ conductis in societatem pascere absque aliqua contradictione.

Item convenerunt. quod dicti homines Burboni habitantes in villa vulgariter nuncupata Vallemara ac etiam Ioannes Laurentius Laureti Merolini habitator prope pratorum de Laculo non possint cum eorum bestiis et animalibus donec intraverint conductores montanae pascere nisi usque ad in fra scripta designata loca et vocabula, videlicet a summitate Montis Poponi²⁰ versus pratum Granagliae et sequendo per directum ad locum qui dicitur il Fosso delli Corvi, et exinde sequendo et respondendo ad Cimam seu summitatem Collis vulgariter nuncupati colle vecchio di Vallemare, et respondendo in summitate Cesae Marii de Mancino juxta fontem Ceresciae et exinde exeundo et tendendo ad vallem Tratturi²¹. Et cum introverint conductores Montanea et bannitae praefatae cum eorum animalibus licitum sit dictis habitantibus in dicta villa Vallismarae et prope puteum pratorum de Laculo pascere in tota et integra bannita et montanea Laculi praefata, cum propriis eorum animalibus aut in societatem retentis. Et si cum aliis animalibus praeter cum propriis aut in societatem retentis pasculaverint incidant in poenam granorum quinque pro qualibet bestia minuta et unius tarini pro qualibet bestia grossa et qualibet vice applicandam praefati Universitati Apostae²².

Item convenerunt quod homines de terra Apostae possint et eis licitum sit cum eorum animalibus propriis et in societatem retentis cujuscumque generis pascere omni futuro tempore libere impune et absque contradictione in bannita vulgariter nuncupata della Macchiola, videlicet, incipiendo in terra intra Spinosam et vallem Doniam, et sequendo et respondendo in quodam colle vulgariter nuncupato il Colle di Cacabove, et abinde respondendo per directum per macchiolam sursum usque ad terminum affigendum in loco vulgariter nuncupato a Capo la selva trana. Circa vero reliquos ejusdem terrae Burboni qui habent terras et possessiones in locis praedictis de Vallemare et Laculo serventur instrumenta antiqua et capitula in eis contenta, videlicet quod euntes ad arandum et laborandum in dicto territorio possint pascere cum eorum bobus et usque ad numerum octo belluarum prout in instrumentis praedictis ad quae relatio habeatur.

Item convenerunt quod praedicta terminatio non praepjudicet hominibus de Burbono habentibus terras et possessiones intra territorium terrae Apostae et minus praepjudicet hominibus Apostae habentibus terras et possessiones intra territorium terrae Burboni, sed remaneant circa possessiones praefatas in suis juribus et jurisdictionibus quae et quas habent seu habere possent.

Item convenerunt quod homines dictae terrae Burboni non teneantur solvere gabellam transeundo per terram Apostae et ejus territorium de rebus et fructibus quae et qui nascuntur et recolliguntur in territorio ejusdem terrae Burboni et minus de rebus quas asportant pro eorum usu, nec teneantur²³ solvere pro sale asportando pro seipsis et eorum industria tantum, non autem pro exteris et industria exterorum, immo quod censeatur et sit tali casu commissa fraus et incidant in poenam ducatorum quatuor pro quolibet et qualibet vice et in eadem incidant pro

¹⁹ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "nel"*

²⁰ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "poponi"*

²¹ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Fratturi"*

²² *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Apostae"*

²³ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "necteneantur"*

aliis fraudibus committendis.

Item convenerunt quod custodes seu guardiani damnorum datorum de Aposta tam praesentes quam successive futuri invenientes animalia hominum de Burbono damnum dare intus territorium terrae praefatae Apostae non possint ipsos de Burbono pignorare sed solum illos describere et annotare cum uno teste fide digno et postea eosdem damnum dantes ut supra convenire in curia dictae terrae Burboni et non alibi tam pro emenda damni quam pro poena et versare quod custodes seu guardiani damnorum datorum de Burbono teneantur facere similiter cum invenerint homines de Aposta damnum dare cum suis animalibus intus terram ejusdem terrae Burboni, nec possint nec debeant illos pignorare, sed ipsos damnum dantes annotare et describere cum uno teste fide digno et postea ipsos convenire in Curia terrae Apostae et non alibi tam pro emenda damni quam pro poena, et quod in utraque curia in casibus supradictis per Magnificos Capitaneos earumdem Curiae pro tempore existentes, et quemlibet ipsorum procedatur et procedi debeat summarie sine scriptis et absque tela judiciaria ac sola facti veritate recognita et inspecta.

Item convenerunt ut supra quod homines terrae²⁴ Burboni habentes ut supra possessiones intra territorium et districtum Apostae tamen allibratas et aestimatas in catasto Burboni non possint cogi ad solvendum aestimum in terra Apostae sed sufficiat ipsis secundum antiquum morem et usum dictum aestimum²⁵ in dicta terrae Burboni solvere, et idem jus servetur de hominibus terrae Apostae possidentibus terras et possessiones intus territorium dictae terrae Burboni allibratas tamen et aestimatas in catasto terrae Apostae, quod de illis non possint cogi solvere aestimum in dicta terra Burboni sed sufficiat illud solvere in dicta terra Apostae juxta antiquum stilum et usum.

Item convenerunt decreverunt et voluerunt quod hominibus terrae Burboni²⁶ perpetuis futuris temporibus licitum sit et liceat impune libere et absque aliqua contradictione pro eorum usu quocumque lignare ac ligna facere et asportare in et ex territorio terrae praefatae sub infrascriptis terminis et finibus, videlicet a summitate Cagni usque ad villam Laculi, et ex dicta villa Laculi usque ad villam Sigilli citra tamen flumen versus terram Burboni, et a dicta villa Sigilli infra versus Abatiam Sancti Quirici in quocumque loco tam citra quam ultra flumen praefatum.

Item convenerunt quod venatio et piscatio remaneant dispositioni dictae Serenissimae Madamae cum sint de jure ad eandem pertinente virtute suorum privilegiorum.

Item voluerunt et decreverunt quod si ullo umquam futuro tempore aliquod dubium seu difficultas oriretur inter partes praenominatas circa praesens transactionis conventionis concordiae et terminationis instrumentum, et in eo contenta vel circa ab eisdem dependentia tam universaliter quam particulariter, quod ex nunc pro tunc et e contra censeatur et sit remissa dictorum dubiorum et difficultatum declaratio et decisio ac terminatio arbitrio dictae Serenissimae Madamae, seu ministrorum ab eadem ad id deputandorum et ab ejus vel eorum arbitramento declaratione decisione et terminatione nullatenus possit aut debeat ab aliqua ipsarum partium appellari seu reclamari.

²⁴ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "terra"*

²⁵ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "aestimum"*

²⁶ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "Buboni"*

Item convenerunt voluerunt et declaraverunt quod anno quolibet eligantur et eligi debeant ab ipsis partibus duo aestimatores uno scilicet de terra Apostae et alter de terra Burboni ad aestimandum et appretiandum damna quae inferri contigerint per animalia terrae praefatae Apostae in territorio terrae Burboni et e contra quorum aestimationi stari et credi debeant praevio juramento eisdem deferendo, et si dicti eligendi aestimatores non fuerint concordēs eligi debeat tertius per magnificentum Capitaneum illius loci in cujus territorio fuerit illatum damnum.

Item voluerunt convenerunt et decreverunt quod licitum sit hominibus terrae Burboni omni futuro tempore cum eorum animalibus captis ad culturam et in actu culturae ire ad abbeverandum in fonte vulgariter²⁷ nuncupata li Vallaoni, seu li Valloni, absque aliqua contradictione et absque damni illationi, et si damnum intulerint, teneantur ad poenam et ad emendationem damni damnum passis.

Item convenerunt quod per totum mensem Septembris proxime sequentis per Antonellum Leonardi de terra Apostae et Ioannem Mattei Mancini de terra Burboni Syndicos et Procuratores praenominatos cum interventu alicujus Ministri per dictam Serenissimam Madamam deputandi ponantur affigantur et erigantur, ac poni effigi et erigi debeant in omnibus et singulis locis superius expressis et designatis termini lapidei vel alii qui magis qui eorum arbitrio videbuntur convenire sumptibus utriusque universitatis qui diu et omni futuro tempore pro majore veritatis elucidatione dictae terminationis manere debeant et neutra ipsarum partium audeat, vel quoque modo praesumat praefatos ut supra ponendos affigendos et erigendos terminos in locis praenominatis evellere amovere frangere aut demoliri, seu evelli amoveri frangi seu demoliri facere quovis quaesito colore ad poenam infrascriptam ut supra applicari qualibet vice a contravenienti parte exigendum, et casu quo evellerentur amoverentur frangerentur seu demolirentur in totum vel in partem, ultra poenae praefatae incursum debeant dicti termini reponi in eisdem praenominatis locis toties quoties casus evenerit sumptibus evellentis, amoventis frangentis seu demolientis, si sciri potest, sin autem sumptibus utriusque Universitatis per Magnificos Capitaneos utriusque loci pro tempore existentes.

Item convenerunt quod super praedicti transactionis conventionis concordiae et terminationis instrumento, qualiter opus sit et non aliter sumptibus utriusque partis impetretur et obtineatur ac impetrari et obtineri debeat Regius Assensus.

Quae omnia et singula suprascripta et in praesenti²⁸ instrumento contenta praenominatae partes dictis nominibus et modis una alteri et e converso per solemnem mutam et validam stipulationem hic inde intervenientem promiserunt convenerunt habere ratam gratam et non contrafacere et ad poenam scutorum duorum initium anni in anno qualibet vice in casu contraventionis applicari pro medietate parti observanti ipsis partibus praesentibus et pro altera camerae dictae Serenissimae Madamae. Pro quibus omnibus praenominatis Syndici et Procuratores respective obligaverunt seipsos dictasque Universitates et homines et earum principales respective ac omnia et singula rerum et eorum bona mobilia stabilia. Renuntiaverunt beneficio restitutionis in integrum. Et ad majorem cautelam juraverunt qua poena quotiens commictatur et exigatur²⁹ quotiens in praemissis seu in praemissarum quolibet fuerit contraventum seu contravenisse quolibet attentatum qua poena soluta vel non exacta seu forte gratiose remissa. Nihilominus praedicta omnia et

²⁷ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "volgariter"*

²⁸ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "inpraesenti"*

²⁹ *Nel testo da cui si trascrive è scritto: "exgatur"*

singula semper et omni tempore tuta et firma maneant ac perdurent rato semper manente pacto.

Super quibus omnibus et singulis praemissis ipsorum robore et validitate dicti Sindici et procuratores humiliter supplicando petierunt per eandem Serenissimam Madamam dictorumque ejus excellentem Dominum ejus Generalem Auditorem interponi auctoritate decretum et assensum omni modo meliori, qua quidem Serenissimam Madama dictusque ejus Generalis Auditor visis et auditis justis praedictis suae Altitudinis vaxallorum decidendo et annuendo, pro illorum pace et quiete quae ex dicta concordia redundat, eorum auctoritatem decretum pariter et assensum super praemissis omnibus et singulis pro eorum majori robore et validitate concesserunt et interposuerunt omni modo meliori. Rogantes Me Notarium etc.

Persius q.m Annibalis de Salvis de terra Montis Sancti Notarius

Regnando Umberto Primo per la grazia di Dio e per volontà della Nazione Re d'Italia.

Certifico io sottoscritto Carlo Fontana Notaro e Conservatore dell'Archivio Notarile di Trevi, che la superiore copia di carattere di persona di mia fiducia, che si compone in undici fogli, muniti ciascuno della mia firma, e scritti in quaranta pagine è in conformità dell'originale esistente in questo archivio tra gli atti rogati dal defunto Notaro di Montesanto Vigi Persio Salvi, e conservati in questo medesimo Archivio, e tale copia la spedisco a richiesta del Signor E. Bella Sindaco di Posta, Provincia di Aquila.

Trevi dall'Archivio Notarile li diciannove Maggio mille ottocento novantanove.

Carlo Fontana Conservatore Notaro.

Luogo del Sigillo
Archivio Notarile.
Trevi

Visto per la legalizzazione³⁰ della firma del Sig. Carlo Fontana Notajo Conservatore.

19 maggio 1899.

Il Presidente
E. Rossano

Il Cancelliere
?

Bollo

³⁰ Nel testo da cui si trascrive è scritto: "legazzazione"